## Séquence.

Veni, sancte Spíritus, et emitte cœlitus lucis tuæ rádium.

Venez, Esprit-Saint, et du ciel envoyez-nous un rayon de votre lumière.

Veni pater páuperum, veni dator múnerum, veni lumen córdium.

Venez, père des pauvres; venez, auteur des dons; venez, lumière des cœurs.

Consolátor óptime, dulcis hospes ánimæ, dulce refrigérium.

O parfait Consolateur, hôte aimable de l'âme, délicieux rafraîchissement.

In labóre réquies, in æstu tempéries, in fletu solátium.

O repos dans le labeur, abri dans les ardeurs brûlantes, adoucissement dans la peine.

O Lux beatíssima, reple cordis íntima tuórum fidélium.

O Lumière très heureuse, remplissez jusqu'au plus intime les cœurs de vos fidèles.

Sine tuo númine, nihil est in hómine, nihil est innóxium.

Sans votre don divin, il n'y a rien en l'homme, non, il n'y a rien qui soit bon.

Lava quod est sórdidum, riga quod est áridum, sana quod est sáucium.

Lavez ce qui est souillé, arrosez ce qui est desséché, guérissez ce qui est blessé.

Flecte quod est rígidum, fove quod est frígidum, rege quod est dévium.

Assouplissez notre raideur, réchauffez notre froideur, guidez nos pas égarés.

Da tuis fidélibus, in te confidéntibus, sacrum septenárium.

Donnez les sept dons sacrés à vos fidèles, qui se confient en vous.

Da virtútis méritum, da salútis éxitum, da perénne gáudium. Amen. Allelúia.

Donnez-leur le mérite de la vertu, l'heureuse issue du salut, les joies éternelles. Ainsi soit-il. Alléluia.

Cette Séquence se dit chaque jour jusqu'au Samedi suivant inclusivement.